ditioni se successores bonaque sua omnia quo ad actum presentem incorpo-
rant mente et corpore sana exnunc pure per expressumque recog-
novit. Quia bona sua hereditaria Materna vero totam et integram
sortem in villa Passowa, ne non omnia bona mobilia et immobilia
ipsam post matrem ipsius in eisdem bonis quomodolibet concernentia cum
omni iure dominio proprietate ac cum omnibus et singulis fructi-
bus, proventibus, redditibus attinentibus, pertinentibus utilitatibusque
universis nil iuris domini proprietatis ac quorumvis usufru-
ctuum et utilitatum in predictis bonis pro se et suis successoribus
reservans et excipiens, prefato Nobili Luca Orzeczki patri
suo eiusque successoribus dedit donavit inscripsit, presentique
dat donat inscribit, ac modo perpetue et irrevocabilis
donationis cum titulo hereditario resignat perpetue
dans et admittens eidem ipsum exnunc in bona prefata donata
realem nitionem et actualem pacificamque possessionem per mini-
sterialem terrenum quemcumque ipsum exnunc per officium pre-
sens ad id additum. Per ipsum Lucam Orzeczki et illius suc-
cessores bona prefata donata cum omni uti premissum est in
re dominio tenendi, habendi, possidendi, dandi, donandi, vendendi com-
mutandi, alienandi et in usus suos suorumque successorum beneple-
citos convertendi perpetue. Tenebiturque prefata Jaczimier-
ska cum suis posteris eundem parentem suum in bonis pre-
fatis donatis ab omni quavis impetitione iuridica quarum-
libet personarum sexus utriusque tonus quotiens opus fuerit
tuere defendere, evincere, liberare bonaque prefata munda
et libera facere sub damnis terrestribus ad simplicem verbi
assertionem sine iuramento corporali taxatis. Preterea prefata
Dorothea se et successores suos super omnibus bonis suis obligat
inscriptionem presentem ex his actis ad acta terrestria premisliensia an
decursum unius anni transfere transportare similemque vel si o-
pus fuerit meliorem recognitionem facere sub similibus damnis ter-
restribus sine iuramento corporali taxatis. Pro quibus quidem
damnis terrestribus prefata recognoscens cum suis successoribus citata
extunc a iurisditione sua quavis competente recedens coram Castrensi
Capitaneali premisliensi officio in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare parere ac pro prefatis damnis ter-
restribus omnibus exceptionibus controversiis praescriptionibus
suspensionibus motionibus, appellationibus earumque prosequutionibus
ad quietem dillationem non petendi vera vel simplici infirmitatibus a-
ctione pro maiori, litis regalibus, poena trium marcarum et triplici
poena ac aliis omnibus gentis dillationibus legalibus impedimentis
iurisque remediis in partem reiectis tonus quotiens opus fuerit
satisfacere cum suis successoribus tenebitur. Nulla praescriptione ta-
rissimi in premissis obstante.

Popiel inscribit se Castellano Leopolien

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti Castrensi
premisliensi Nobilis Juan Popiel filius Nobilis Jaczko Popiel
Junczki dicti a iure foro suis proprius quibusvis recedens huic

vero presenti Castrensi premisliensi iurisditioni se successores bonaque sua quo
ad actum presentem incorporant et subiicientes mente et corpore sanus
exnunc pure per expressumque recognovit. Quia se et suos successores super
omnibus bonis suis hereditariis et obligatis mobilibus et immobilibus habitis
habendisque obligat et inscribit in manusque magnifici Stanislai Herborts
de Fulstin Castellani Leopolien. Samborien. Drohobicensis etc. Capita-
nei et eius successorum submittit Nobilem Marcinam filiam olim No-
bilis Andreae Stupniczki consortem suam ad primos terminos
terrestres premisliensis, seu ad primam actorum eorundem terrestrium prae-
misliensium ponendam quod horum prius et proximius ex his premisliensibus
fuerit celebratum ad acta terrestria premisliensia adducere et statuere
vel eius successores. Quae adducta et statuta vel successores ipsius sta-
tuti debebit ac tenebitur de omnibus et singulis bonis paternis et
maternis ipsam in bonis villae Stupnicza post prefatum olim Andream
Stupniczki patrem suum concernentibus in manus prefati magnifici Sta-
nislai Herborts Castellani Leopolien. et eius successorum abdicare et
abrenuntiare, ac omne ius suum ipsam in prefatis bonis sorte villae
Stupnicza post prefatum olim Andrei Stupniczki prem ipsius legit-
timum iure naturali, ac post alias quascumque personas sexus sta-
tus et conditionis cuiusvis exnunc concernentes et super eandem devolutum
ad praenominatum Castellanum Leopolien. et eius successores cedere et
condescendere, ac omne ius suum transfundere modoque donatorio resignare
ac protuitione inscribere sub vadio ducentarum marcarum poenae
monetae polonicalis. Nihilominus prefatus Juan Popiel se et suc-
cessores suos super omnibus bonis suis obligat praesentem inscriptionem ex
his actis ad acta terrestria premisliensia an decursum unius anni trans-
fere transportare similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem
facere vel prout prefato Castellano Leopolien. et illius successoribus
utilius visum fuerit sub simili vadio ducentarum marcarum poenae
monetae polonicalis. Pro quo quidem vadio seu vadiis prefatus re-
cognoscens cum suis successoribus citatus extunc a iurisditione sua
quavis competente recedens coram Castrensi Capitaneali premisliensi
officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare pare-
re respondere ac pro prefato vadio seu vadiis, omnibus exce-
ptionibus, controversiis, praescriptionibus, suspensionibus, motionibus ap-
pellationibus earumque prosequutionibus, vera vel simplici infirmitatibus
actione pro maiori, ad quietem dillationem non petendi, litis regalibus
statutis et constitutionibus quibusvis laudatis et laudandis poena tri-
um marcarum et triplici poena legalibus quibusvis impedimentis
ac aliis omnibus gentis dillationibus iurisque remediis quibus se pre-
sentibus cum successoribus suis abrenuntiat in partem reiectis satis-
facere cum suis successoribus tonus quotiens opus fuerit tenebitur.
Nulla praescriptione terrestri in premissis obstante.

Jaczimierski adscribit ad reformationem consorti

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti Castrensi
premisliensi Nobilis Christophorus Jaczimierski mente et corpo-
re sanus exnunc a terris dictibus iuribusque suis quibusvis pro-
priis foroque competente recedens huic vero presenti Castrensi premi-
sliensi iurisditioni se successores bonaque sua omnia quo ad actum pre-
sentem incorporant et subiicientes pure per expressumque recognovit.